

1468. 22. Maii

Ex Arch. Capituli Warmiensis

343.

Casimirus Dei gratia Rex Polonia magnus  
Dux Lithuania Ruspie Prussiaq; Dominus et heres.

Venerabiles et honorabiles devote nobis dilecti audivimus relatione  
Oratoris nostri Sanctissimum Dominum nostrae Ecclesiae Warmi  
ensis dispositorem et ceteris respectibus protelasse et distulisse  
sper tamen adempta nobis minime est quin sua sanc  
tas per nos et vestras vel de statu Patria et conditionis Ec  
clesiae informata vota et petitiones nostras honestas  
superordinatione futuri Pontificis ipsius Ecclesiae oblatas  
non despiciet et cum nos pro debito cura nostra Regalis,  
singularem respectum ad ipsam Ecclesiam Warmiensem  
sub nostris protectione et Dominio consistentem et vestras  
personas gerimus, ita omni desiderio statuimus de illa  
nostris omnibus instantiis velle providere ut bono et  
utili pastore valeat regeri et consolari cuius opera et stu  
dio, in suis libertatibus Donationibus et gratiis nostro  
favore accedente propensius possit ipsa Ecclesia conser  
vari: feliciora suscipere incrementa in pacisq; paccata  
subsistentia illa permanere idio committimus vo  
bis adhortantes et omnino habere volentes quatenus si  
nonnulla requisitiones a quibusdam personis cuius  
cunq; status perfulgeant provisionem ipsius Ecclesiae  
Warmiensis licet non speremus aut officium Admini  
strationis ejusdem contingens ad vos pervenerint nullo  
pacto ad illarum executionem seu receptionem sub pri  
vatione et amissione omnium bonorū vestrorū proceden  
di vobis ausis sit in castris seu oppidis Ecclesiae talibus  
incolatum aut repositionem admittentes praeter scienti  
as et voluntatem nostram. Sed tales si qui fuerint  
ad nostri presentiam remittatis ut sic Ecclesia vestra  
sub idemptitate nostra et Regni nostri consistens, pri  
stinum statum in tranquillitate Dominio concedente  
resumere valeat Datum Cracovia Feria secunda pro  
xima post Festum Beatorum Philippi et Jacobi

81  
Caso  
Caso

*Apostolorum Anno Domini Sexagesimo Octavo.*

*Ad mandatum  
Domini Regis*

*Venerabilibus et honorabilibus Prelatis  
et Canonicis Ecclesie Varmiensis Devotè  
Nobis dilectis*